



Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvris Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.I.], 1645

§. 8. Omnia homini seruire, si Deus velit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](#)

ritus erat, maior, ex rerum gestarum magnitudine, audacia, quam ut quisq; capi illum posse sperare debuerit. Sed nihil fuit admirabilius; nullum certius præstantiae huiusc argumentum, quam quod è Cœada clabi potuerit. Huc usque Pausanias. Nimirum sicut, qui, castigante Deo, inroibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, & partes vulpium erunt; ita vicissim, pro quibus Deus pugnat, vel ipsis vulpibus hostes vastabunt, quod legimus Samsoni accidisse; qui, per faciferas vulpes, Iud. 15. 4: longè latèque incendit segetes Philisthæorum.

§. VIII.

Omnia homini seruire, si Deus velit.

Ex eiusmodi historijs eluent varia diuinæ bonitatis judicia. Nam 1. ostenditur, Deum in omnibus creaturis esse laudabilem, etiam ijs, quæ noxiæ vocantur. Hinc Dauid non ait tantum: *Laudate Dominum de cœlis, &c.* Ps. 148. 1. sed etiam: *Laudate Dominum de terra: dracones, & omnes abyssi: nec reges duntaxat, & omnes populos, Principes, & omnes judices terra,* sed etiam bestias, & uniuersa pecora, itemque serpentes ipsos in Dei laudes trahit. 2. Si vtilia magis laudamus, demonstrat talibus euentis uniuersi Gubernator, posse se etiam de ipsis pernitiiosis eruere hominum emolumenta.

alis
arte
Fate
con-
stisti-
L,
ex-
us,
per
ap-
a-
per
ole-
pen-
bla-
&
ersu-
per
ni-
ua-
at.
eam
ium
per-
is, ad
& ca-
i spu-
ritu-

Inmenta. Hoc nimurum est etiam inter homines discriminem. Probi norunt etiam malis bene vti: impij autem ipsa bona rapiunt in malum. 3. Hinc intelligimus, omnia homini seruire, si Deus velit; dominiūmq; illud ab initio hominibus datum, in peccati pœnam à justo judice, subductum aut limitatum. Manichæi solebant dicere: *Quomodo accepit homo potestatem piscium maris, & volatilium cœli, & omnium pecorum & ferarum; cum videamus à multis feris homines occidi, & à multis volatilibus nobis necessaria rapi, qua volumus vel vitare, vel capere, & plerumq; non possumus?* *Quo modo ergo in hoc accepimus potestatem?* *Hoc illis primum dicendum est,* ait S. Ambrosius, quod multum errant, qui post peccatum considerant hominem, cum in huius vita mortalitatem damnatus est, & amisit perfectionem, qua factus est ad imaginem Dei. Sed si dominatio eius tantum valet, ut tam multis pecoribus imperet: quamuis enim à multis feris propter fragilitatem corporis possit occidi: à nullis tamen domari potest, cum ipse tam multas, & prope omnes domet. Si ergo hac hominis dominatio tantum valet, quid censendum est in statu innocentiae valuisse? Timemus, inquit Ioan. Constantinopolitanus Episcopus, bestia

S. Am-
broſ. li. 1.
de Genes.
cap. 18.

vestias & pauemus, non contradico. Sed non hoc ostendit legem Dei esse mendacem. Ab initio enim non ita res erant dispositæ, sed timebant & tremebant, & subiecabantur Domino. Et quoniam à fiducia decidimus pro peccato, profecto & ab honore. Unde hoc manifestum est? Adduxit enim Deus bestias ad Adam videre, quideas vocaret, & non resiluit Adam tanquam timens. Hoc unum signum; quod non fuerunt homini ab initio terribiles bestiae. Secundum aliud isto manifestius, quæ fuit ad mulierem, per serpentinam disputatio. Si enim essent bestiae terribiles hominibus, non utiq_z mulier viso serpente mansisset, nec accepisset consilium, non ei cum tanta sermocinaretur fiducia, sed statim ad eius expansisset & resiluisset aspectum. Nunc autem & disputat, & non timet. Nondum enim erat timor iste, sed quia peccatum ingressum est, ablata sunt ea, quæ honoris sunt. Quamdiu quidem habebat ad Deum fiduciam, terribilis bestijs erat; sed quia offendit, extremos etiam conseruorum suorum iam paueat.

Apud S.
Ambros.
lib. i con-
tra Iuliā.

§. IX.

Cur bestiae hominibus cœperint nocere?

4. Hinc discimus, penes Deum esse, ut nos creature illius vel lœdant, vel defendant.

Itaque de generibus animalium venenosis & S. Ambro-
perniæ